



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche  
Haus-Angelegenheiten

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

237. Herzog Heinrich von Mecklenburg schließt und erneuert mit dem  
Könige Franz I. von Frankreich ein Bündniß, zu dessen Abschließung die  
französischen Gesandten und Ritter, der Baron Franz von ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

Germanie constantes ac firmi in obsequiis regiis persistant in iisdemque perseverent stantibus his legibus, modis atque conditionibus, de quibus ad vos collegasque vestros nonnunquam scripsimus. Valet ac viuite feliciter. Ex Luneuilla, die XXIX. Aprilis.

Vestri honoris amantissimi  
Bounyvet. Couillart.

Magnifico ac generoso viro  
Joachimo de Moltzan, militi aurato.

Bisch, Malzhanische Urkunden-Sammlung V, 335—339.

237. Herzog Heinrich von Mecklenburg schließt und erneuert mit dem Könige Franz I. von Frankreich ein Bündniß, zu dessen Abschließung die französischen Gesandten und Ritter, der Baron Franz von Bourdeilles, königlicher Rath, und Joachim Malzhan, als Edler des königlichen Hofes, abgeordnet sind, am 14. Mai 1519.

Hinricus, dei gratia dux Magnopolensis, Slaue inferioris princeps, comes Swerinenfis, Rostock ac Stargardie terrarum dominus, omnibus et singulis presentes litteras inspecturis salutem. Notum facimus ac profiteamur, quod, pro bono pacis ac vtilitate cristianitatis, nos ex vna, et nobiles et magnificos viros Franciscum de Bordellis, baronem Coulonciarum, consiliarium regum, et Joachimum Moltzanum, vnum ex nobilibus regie domus, milites, oratores, nuntios, legatos et ambafatores cristianissimi et inuictissimi principis Francisci, eadem gratia Francorum regis, Mediolani ducis et domini Genue, domini consaguinei et confederati nostri, ad nos specialiter deputatos, ac de eius speciali mandato et commissione, partibus ex altera, amicitiam, ligam et confederationem, inter eundem cristianissimum regem et nos ac vtriusque predecessores iam dudum initam et inconcusse hucusque obseruatam, confirmauimus, auximus et renouauimus, confirmamusque, augemus, renouamus, ac etiam de nouo facimus, contrahimus, tractamus et concordamus modo et forma sequentibus: Inprimis cum ob pleraque beniuola et gratissima obsequia, per nos dicto domino regi in quibusdam suis arduis negociis inpenfa et que presertim magis atque magis in dies per nos in futurum sibi inpendi prestarique sperantur, suam regii ordinis miliciam prefati oratores nobis per eundem dominum regem, quam citius commode fieri poterit, dari et conferri hodie nobis promiserunt nosque in suam regiam confraternitatem recipi et admitti, nobis vnacum ordinando, prouidendo atque promittendo per huiusmodi oratores, pro annua pensione summam trium milium scutorum solis nobis seu nostris ad hoc deputatis, quittancias respectiue afferentibus, singulis annis persoluendam [<sup>1</sup> ad



*vite nostre tempus annuatim*] continuendam, primo solutionis termino hinc ad annum incipiente, volente etiam eodem cristianissimo rege nos semper bene et amicabiliter tractare, fouere, tueri nobisque fauere, vbi opus erit, prout in litteris ab eisdem oratoribus super hoc confectis plenius continetur: Hinc est quod nos dux Magnopolensis etc. prefatus reciprocam amicitiam eidem cristianissimo regi pro parte nostra ostendendo vicisque quoad possumus rependendo eiusdem sui ordinis militiam et confraternitatem grato animo et cum gratiarum actionibus acceptamus. Insuper tenebimur, prout pollicemur atque promittimus, eidem regi contra suos hostes quoscunque auxilium subsidiumque ferre de equitatu et peditatu, quoad melius facere poterimus et totiens quotiens sibi opus erit, solitis suis expensis, reseruato tamen semper ac excepto Imperio Romano, si contingeret, quod deus auertat, huiusmodi regem contra illud bellum inire. Tenebimur etiam, pollicemur atque promittimus, totis viribus tam per nos, quam per nostros amicos eidem domino regi fideliter ac diligenter omnimodo fauere et auxiliare, [<sup>2</sup>*quantum in nobis fuerit et cum honestate nostra fieri poterit,*] presertim (in quibusdam arduis negociis, que habet et sperat fauente altissimo se propediem in Germania habiturum) [<sup>3</sup>*in negotio electionis in futurum Regem Romanorum, quod sperat per electorum sacri Imperii Romani electionem fauente altissimo se propediem in Germania habiturum,*] et in aliis quibuscunque nobis possibilibus et honestis. Preterea exnunc et de presenti (pro eisdem arduis negociis occurrentibus seu instantibus tenebimur, pollicemurque et promittimus,) [<sup>4</sup>*tenebimur, pollicemur et promittimus, quam primum idem dominus rex a sacri Romani Imperii electoribus in futurum Romanorum regem electus et decretum electionis adeptus fuerit,*] confestim personaliter ire ac nos transferre ad seruicium subsidiumque dicti domini regis ac nobiscum comitiuam ducere ducentorum equitum armigerorum cum magnis equis et quadraginta cum mediocribus equis cum illisque nos fore et esse apud Confluentiam iuxta Renum saltem circa festum Pentecostes proxime venturum, [<sup>5</sup>*si et in quantum electio et presentatio decreti et supra in spacio istius temporis pro eo contigerit*] inde facturos, quod eidem domino regi seu eius locum tenentibus videbitur expedire, ibidemque stipendiorum primi mensis pagam seu solutionem respectiue recepturos. Quiquidem ducenti equites pro stipendiis quolibet mense ab eodem domino rege percipient quisque decem florenos, dicti vero quadraginta quilibet quinque florenos et nos in huiusmodi seruicio seu auxilio regio vacantes nostramque prefatam comitiuam ducentes ac dirigentes ducenta scuta aurea solis quolibet mense vltra pensionem predictam consequemur. Primus autem mensis stipendiorum huiusmodi incipiet, quando nos cum dicta nostra comitiua respectiue nostrum ducatum seu dominium exhibimus ad dictum dominum regem seu eius seruicium auxiliumve proficiscendo, in fine cuius seruitii idem dominus rex pro tanto temporis nobis respectiue dabit de huiusmodi stipendiis, quantum decebit, vt in patriam nostram commode reuerti valeamus. Quoad iacturas autem, que nobis contingere possent, nos ad huiusmodi domini regis beniuolenciam reponimus iuxta morem solitum, promittentes videlicet nos dux predictus per fidem nostram ac



in verbo principis et prefati oratores, omnia et singula supradicta respectiue adimplere et contra ea nullomodo contrahenire. In quorum fidem et testimonium nos dux prefatus presentes litteras manu nostra subscripsimus paruoque sigillo nostro eas iussimus muniri. Datum in opido nostro Swerini, anno a natiuitate domini millesimo quingentesimo decimo nono, die vero XIII mensis May.

Lisch, Mecklenbische Urkunden-Sammlung V, 323.

Der Herausgeber knüpft an den Abdruck dieser wichtigen Urkunde folgende Bemerkungen:

Ein Original fehlt im großh. meckl. Geh. u. H. Archive zu Schwerin. Es sind aber mehrere Abschriften vorhanden, welche jedoch an den cursiv gedruckten Stellen [ ] von einander abweichen. Zwei Abschriften sind von mecklenburgischen Ganzleihen geschrieben, ohne diese cursiv gedruckten Stellen, jedoch mit Einschaltungszeichen an diesen Stellen, deren nächste Umgebungen auch unterstrichen sind. Bei diesen Exemplaren liegt eine deutsche Uebersetzung, wahrscheinlich für den herzoglich-mecklenburgischen Hof, von der Hand des mecklenburgischen Kanzlers Caspar von Schöneich, mit dessen Unterschrift:

Getransferirt mit der protestacion, das ich solchs nicht bey mir habe fur thuenlich mögen beslissen.

Von denselben sind nun an den Rand und in den Text an den in [ ] cursiv gedruckten, mit 1, 2, 3, 4, 5 bezeichneten Stellen folgende Aenderungen und Zusätze hinzugefügt:

1) Mecklenburgisch zusatz: „vnd also die Zceit vnsers lebens.“

Derselbe Zusatz ist auch kurz vorher vor dem Worte „ordinando“ gemacht:

Mecklenburgisch zusatz: „erlichen die Zceit vnsers lebens.“

aber nur einmal in den lateinischen Text aufgenommen.

2 u. 3) Mecklenburgische aenderung des gantzen vorgeschriben puncts, wie hir nachvolgt: „Wir sein auch schuldig vnd geloben mit allen vnsern krefften, szo wol durch vnser frunt, als durch vns, demselben hern konige, szo vil des an vns ist vnd mit vnsern Eren geschehen mag, in geschefften der wale eyns zeukunfftigen romischen konigs, welchs Er hofft durch die wale der Churfursten des heiligen reichs korezlich in deutzschen landen zu haben, zeu gonnen vnd zeu helfen, vnd in allem andern, vns muglich vnd erlich.“

4) Mecklenburgisch aenderung des vorgeschriben artikels: „Dorvmb wir nu vnd kegenwertiglich sein wir schuldig, vorsprechen vnd geloben wir, szo irst derselbe her konig von des heiligen romischen reichs Churfursten in eynen zeukunfftigen romischen konig erwelt vnd das Decret der eleccion bekommen wirt, schnelliglich in eigner person zeu zziehen vnd vns zeu wenden zeu dienste vnd zeu hulffe des gnanten hern konigs vnd mit vns eyne gesellschaft adir resigen zceug zeu furen zewe hundert geruster pferdt mit grossen pferden vnd virzig mittelmesigen pferden vnd mit deme zeu sein bey der vorsamlung am reyne vmb pfingsten negstkunfftig.“

5) „szo ferre die erwelung vnd vbirantwortung des decrets als obgeschriben in mitler zceit geschen wirt, vnd dar noch zeu thun, das demselben hern konige adir seinen Statheltern wirt ansehen bequeme zeu seyn.“

Außer diesen Exemplaren besitzt das großherzogliche Archiv noch 2 Abschriften, welche die cursiv gedruckten Stellen 1-5 im Texte haben, von mehr französischen Händen geschrieben. Wahrscheinlich ward also der Vertrag durch Vermittelung der französischen Gesandten vollzogen, da der mecklenburgische Kanzler gegen die Abschließung des Bündnisses war.

Außerdem bewahrt das großherzogliche Archiv noch in 2 Exemplaren die Abschrift einer andern Urkunde der französischen Gesandten, in den Hauptsachen mit der vorstehenden gleichlautend, jedoch am Ende mit der Klausel:

„Nos legati et oratores prefati presentes litteras ab eodem christianissimo rege ratificandas nostra manuali subscriptione nostrisque sigillis approbauimus.“

Ueber das Bündniß, welches der König Franz I. von Frankreich mit dem Herzoge Albrecht von Mecklenburg am 6. Juni 1519 schloß, vgl. Urk. vom 2. März 1521; vgl. Rudloff M. G. III, 1, S. 50.

In einem zu Augsburg am 4. Mai 1519 abgefaßten Berichte der Gesandten Carl's V. an diesen damals in Spanien weilenden Herrn heißt es: „Le duc de Mechelbour“ waffne zugleich mit Geldern, Münster und Lüneburg als Anhänger



Frankreichs. Der Bericht findet sich in Le Geay Négociations diplomatiques entre la France et l'Autriche (Coll. des doc. inéd.) Paris. 1843. T. II. p. 443.

238. König Franz von Frankreich dankt durch den Ritter Joachim Malhan für die ihm und der Prinzessin Renata übersandten Brandenburgischen Geschenke, am 24. Juli 1519.

Carissime ac dilectissime. Dator presentium reddidit nobis literas vestras vna cum reticulis et camisia a carissima ac dilectissima consanguinea nostra marchionissa Brandiburgensi ad nos destinatis, ac preterea diamante et literis, quas filius eius misit ad carissimam et dilectissimam sororem nostram Renatam Francie, necnon literis, quas marchio et eius filius ad nos scribunt, et etiam illis, quas marchio et marchionissa ad vos miserunt. Scribimus plenissime ad oratorem nostrum, qui est apud Imperatorem, ut dicto marchioni respondere possit de his, que ad vos scripsit, eique quam maximas gratias agat de sincera et benevola mente, quam erga nos habet, horteturque illum, vt in eo proposito ipse et frater eius permanere velint et amicis suis persuadere, vt firmiter partes nostras tueantur, ne vane sint et frustratorie eorum promissiones. Fatemur sane, nos multum debere dicto marchioni ob ea precipue, que ad vos scripsit, cognoscimusque reuera, ipsum esse virum magnanimum et de sua fide honoreque sollicitum. Cum eiusmodi viris iucunda est et conflanda amicitia. Ipse quidem non minus sibi polliceri potest de nobis. Preterea nomine nostro salutabitis iam dictam carissimam et dilectissimam consanguineam nostram marchionissam illique agetis gratias de pulcherrimis et ornatissimis reticulis et camisia, que munera nobis fuerint gratissima. Illa sane induemus in illius gratiam et amorem, eo presertim quod in eis conficiendis ornandisque singularum industriam artemque exhibuisse videtur. Misimus ad dilectissimam et carissimam sororem nostram diamantam et literas, quas filius iam dicte consanguinee nostre ad eam destinat, quod donum illi gratissimum acceptissimumque fore cognoscimus.

Carissimi ac dilectissimi. Prima illa vestra expeditio ad electores, amicos nostros, qui in dieta imperiali personaliter comparituri sunt, quam dilectus et fidelis cancelarius noster superioribus diebus iuxta tenorem literarum vestrarum nobis plenissime exposuit, visa est commodissima, et non minus illa alia, de qua per jam dictas literas vestras nos certiore redditis. Insuper maiorem in modum optamus, ut hos labores pro nobis equo et libenti animo deferatis, neque illorum mole grauemini, sicut neque grauabimur in futurum nostram in vos liberalitatem, munificentiamque exercendo, prout re ipsa cognoscetis. Ex oppido Fisse, die XXIII<sup>a</sup>. Julii.

F r a n c o y s .

Robertet.

Vgl. Malhansche Urkunden-Sammlung V, 343. Zu vgl. die dort folgenden interessanten Actenstücke S. 345—352.